



Lu

1670


BIBLIOTEKA UNIW. W POZNANIU



Inc. 47. Qy

INKUNABUŁY





BIBLIOTEKA UNIW. W POZNANIU



INKUNABULY

Inc. 47. *[Signature]*



Lu
1670

#

Priuilegia clericorum et quedam
alia uilia hic continentur .

Constitutio Frederici . ij . Imperatoris .

Constitutio Karoli . iij . Imperatoris que no-
minatur Karolina .

Constitutio Sigismundi Imperatoris que no-
minatur sigismundina continens in se priuilegia ⁊
immunitates clericorum .


Bonifatij pape constitutio per quaz confirmat
supradicta priuilegia a tribus Imperatoribus cle-
ricis concessa .

Item Honorij papa constitutiones Frederici
Imperatoris approbavit et confirmavit .

Johes papa . xxiij . eadem priuilegia confirmavit .

Concilium Lateranense et Basiliense eadez pri-
uilegia clericorum et constitutiones Imperatori ap-
probarunt et confirmarunt .


Utrum clerici teneantur de Fundis suis : Do-
mibus : Agris et similibus Tributa et exactiones
dare . Et an teneantur ad onera personalia .



9p. 199

Inc. 47

Panz. heb. d. 1493. (1 p. 477)





Lu


1670

Dupl.

KAIS



K-POSEN



Geschenk der Königlichen Bibliothek
zu Berlin. 1898. 1899.

L.D.d.J.

1898

8* 7380

Lu

1670

185
185

1206155 (S)

185
185

¶ Privilegia clericorum et quedam
alia vtilia hic continentur .

¶ Constitutio Frederici . ii . Imperatoris .

¶ Constitutio Karoli . iiii . Imperatoris que no-
minatur Karolina .

¶ Constitutio Sigismundi Imperatoris que no-
minatur sigismundina continens in se privilegia ⁊
immunitates clericorum .

¶ Bonifatij pape constitutio per quas confirmat
supradicta privilegia a tribus Imperatoribus cle-
ricis concessa .

¶ Item Honorius papa constitutiones Frederici
Imperatoris approbavit et confirmavit .

¶ Johannes papa . xxiii . eadem privilegia confirmavit .

¶ Concilium Lateranense et Basiliense eadez pri-
vilegia clericorum et constitutiones Imperatorum ap-
probavit et confirmavit .

¶ Utrum clerici teneantur de Fundis suis : Do-
mibus : Agris et similibus Tributa et exactiones
dare . Et an teneantur ad onera personalia .



9p. 199

Inc. 47



G Constitutio domini Frederici Imperatoris
continens Priuilegia et Immunitates clerico
rum Et Penas violatorum eorundem.

Fredericus dei gratia Romanorū Impera
tor semper augustus: Ducibus et Marchi
onibus et Comitibus Cūctisq; populis q̄s
clementie nostre regit Imperiū. Salutem
et suam gratiam in die qua de manu san
ctissimi patris nostri summi pontificis recepimus Impe
rii diadema Curauim⁹ ad dei et ecclesie sue honores ede
re quasdam leges quas in presenti pagina iussim⁹ anno
tari per totū nostrū Imperiū publicandas per imperia
lia vobis scripta precipiendo Mandamus quaten⁹ eas
quisq; litteras in suo districtu irrefragabiliter et incon
cussē seruetis &c. Ad decus et decorem Imperij et laudes
Romā principis nihil oīno magis videt accedere q̄ ex
purgatis quibusdam errorib⁹ et iniquis quorūdā statutis
penitus destitutis. de celo dei ecclesia plena quiete virge
at et secura gaudeat libertate Sane adeo infidelium quo
rundam et iniustorū iniquitas habūdauit vt nō dubitet
contra apostolicā disciplinā et sacros canones sua sta
tura infringere et cōtra ecclesiasticas personas et eccle
sias libertates Cū ergo dispositiōe diuina volente v̄l faciente
nihil velit ecclesia que nihil preter bonum debet appetere
quod nobis eodem cursu voluntatū non placeat. Nos
Fredericus Romanorū Imperator semper august⁹ hac
edictali lege irritam⁹ et irrita nuntiam⁹ omnia statuta
et consuetudines que ciuitates vel loca potestates consu
les vel quecumq; alia persona cōtra libertates eccle
sias vel imperiales sanctiones presumpserit Et eadem
capitulatia promulgam⁹ infra duos menses post huius

publicationem edicti penis aboleri Et si decetero similia
attempraueverint ipso iure decernim⁹ esse nulla et eos sua
iurisdictione priuatos et locū vbi deinceps talia presump-
pta fuerint banno mille marcarū argenti precipim⁹ sub-
iacere Potestates vero . consules ac oēs statuarij et scri-
ptores dictorū statutorū et consiliarij ipsoꝝ loca ⁊ qui sūt
statuta vel consuetudines memoratas iudicauerit sint ⁊
tunc ipso iure infames quorū sententias et actus alios il-
legittimos stat. iim⁹ non tenere aliquaten⁹ q̄ si per annū
hmoi nostre constitutionis inuenti fuerint contēptores bo-
na eorum per nostrū imperiū mandam⁹ impune ab om-
nibus occupari saluis nihilomin⁹ alijs penis contra ta-
les etiā in generali consilio pmulgatis Item nulli pote-
states vel publicas vel priuatas collectas siue exactiōes
angarias vel pangarias ecclesijs vl' alijs p̄ijs locis aut
ecclesiasticis personis imponere aut inuadere ecclesiasti-
ca bona presumant Quod si fecerint et requisiti ab eccle-
sia vel imperio emendare contēpserint tripluz refundant
Nihilomin⁹ banno imperiali subiaceant quod nullate-
nus absqz satisfactione remittat Item quecūqz cōmu-
nitas vel persona per annū in excoicatione propter liber-
tatem ecclesie fractam steterit ipso iure banno imperiali
subiaceat a quo nullatenus extrahat nisi prius ab exco-
municatore beneficio absolutionis obtento Statuimus
etiā vt nullus ecclesiasticā personaz in criminali causa
vel civili questione trahere in iudiciuz seculare presumat
contra constitutiones et sanctiones impiales et canoni-
cas Quod si fecerit actor de suo iure cadat iudicatus nō
teneat Et iudex si extunc iudicadi potestate priuat⁹ Sta-
tuimus vt si quis clericis vel ecclesiasticis personis iusti-
tiam denegare presumpserit tertio requisitus suā iurisdic-
tionē amittat Gazaros Patarenos Leonistas Spero-
nistas Amaldistas Circumscisos. Et omnes hereticos

veriusq; seruis quocumq; noie censeant perpetua dam-
namus infamia. Diffinimusq; cēfentes alias precipi tes
vt bona taliū cōfiscēt nec ad eos reuertāt. ita q; filij eorū
ad eorū successione peruenire nō possint. Cū longe gra-
uius sit diuinā q̄ temporalē offendere maiestātē. Qui autē
tales inuenti fuerint sola suspitōe notati. nisi ad mādātū
ecclesie iuxta considerationē qualitātēq; persone suspiti-
onis propriā innocentia cognita purgatiōe mōstrauerit
tanq̄ infames et banniti ab omnib⁹ habeant. Ita q; si
per annū sic permanserint extunc eos sicut hereticos con-
demnam⁹. Statuimus etiā hoc edicto in perpetuū vali-
turo vt potestates seu consules vel rectores quibuscumq;
fungant officijs pro defensiōe fidei prestent publice iura-
mentū quod de terris sue iurisdictioni subiectis vniuersos
hereticos ab ecclesia denotatos bona fide pro virib⁹ ex-
terminare studeant ita quo dāmodo. quādocumq; quis fu-
erit in potestātē perpetuā vel temporalē assumpt⁹ hoc ca-
pitulū teneatur iuramēto firmare Alioquin neq; ppote-
statibus neq; pro cōsulib⁹ habeant. eorūq; sententias ex-
tunc irritas decernim⁹ et inanes Si vero domin⁹ tēpo-
ralis requisitus et ammonit⁹ ab ecclesia suā terrā purga-
re neglexerit ab heretica prauitate post annuz a tempore
monitionis elapsū terrā illius exponim⁹ catholicis oc-
cupandā quā etiā exterminatis hereticis absq; vlla cōtra-
dictione possideāt ⁊ in fidei puritate conseruet. Saluo iu-
re domini principalis dūmodo super hoc nullum prestet
obstaculū nec aliquod impedimentū opponat. Eadē ni-
hilomin⁹ lege seruata contra eos quā habēt principales
creditores. Preterea receptores defensoresq; hereticorū bā-
nimus firmiter statuētes. vt si postq̄ quilibet taliū ab ec-
clesia fuerit qualibet excōmunicatiōe notatus satisfaccere
contempserit infra annū extunc ipso iure sit factus infā-
mis. Nec ad publica officia seu consilia vel ad eligenduz
aliquos huiusmodi. Nec ad testimoniū admittatur sitq;

ad hereditatis successione accedat. Nullus preterea ei sit
per quocumq; negotio. sed ipse alijs respondere cogatur.
Quod si forte iudex extiterit eius sententia nulla obtineat
firmitate. nec cause aliquae ad eius audientiam deferantur
Si fuerit advocatus eius patrocinium nullatenus admittatur
Si tabellio instrumenta confecta per ipsum nullius penitus
sint momenti. Navigia quocumq; locorum pervenerint si quo
casu contingente rupta fuerint vel aliter ad terram pervene-
rint tam navigia ipsa quam navigantium bona illis integre
referentur ad quos spectabunt antequam navigium huiusmodi peris-
culum incurrisset. sublata penitus omnium locorum consuetu-
dine que huic adversatur sanctioni. nisi talia sint navigia
que piraticam exerceant. aut sint nobis vel christiano nomine
inimica. Transgressores autem huius nostre constitutionis bo-
novum suorum publicatone mulcentur. Et si res exegerit eorum
audacia iuxta nostrum mandatum modis alijs compellantur.
Omnes peregrini et advene libere hospitentur ubi volue-
rint et hospitari si testari voluerint de rebus suis ordinan-
dis liberam habeant facultatem quorum ordinatio inconcussa
servetur. Si vero intestati decesserint ad hospitem nihil per-
veniat. sed bona eorum per manus episcopi loci tradantur si
fieri potest heredibus vel in piam causam erogentur. Hospites
vero si aliquid de bonis talium contra hanc nostram consue-
tutionem habuerit tripliciter episcopo restituant. quibus insum-
pserit assignandum. non obstante statuto aliquo vel consue-
tudine vel etiam privilegii que hactenus contrarium induce-
bant. Si qui autem contra presumpserint eis de rebus suis
testandi interdicimus facultatem. ut in eo puniantur in quo de-
liquerint. aliter prout culpe qualitas exegerit puniendi. Agri-
cultores etiam circa rem rusticam occupati dum villis insi-
dent. dum agros colunt securi sint. quacumque parte terra-
rum. ita ut nullus inveniatur tam audax qui personas vel

boves et agrorum instrumenta. vñ si quid aliud sit quod ad operam rusticalem pertineat inuadere. capere. aut violenter auferre presumat. Qui aut statutu hmoi ausu temerario violare presumpserit in quadruplu restituat Et infamie notam ipso iure incurrat impiali ai aduersione nihilominus puniendus.

G Nos vero Honorius episcopus seruus seruorum dei has leges a frederico Romanorum imperatore filio nostro carissimo pro utilitate omnium cristianorum editas laudamus approbamus et confirmamus tanquam in eternum valituras. Et si quis ausu temerario inimico generis humani suadente quocumque modo has infringere ceptauerit indignationis dei omnipotentis et beatorum petri et pauli apostolorum se noverit incursum.

G Incipit Carolina.

Arolus quartus diuina fauente clementia Romanorum imperator semp augustus et Bohemie rex etc. Ad perpetua rei memoria. Et si imperialis benignitatis clementia quouilibet deuotum fidelium quos sacrum romanum ambit imperium ex officij debito teneat necessitatibus et iniustis oppressionibus commulere et de oportunis remedijs providere Ad illos tamen maxime dirigit nostre mentis affectio quos indebite pati cognoscimus quouique oppressionibus status ecclesiastice libertatis quam semper nostris temporibus augeri volumus in nihilum redigitur et minus debite pregrauatur. Sane ad imperialis maiestatis audientiam pro parte honorabilium Prepositi. decani. et aliorum prelatorum Et Capituli Magdeburgensis Maguntinensis et Coloniensis ecclesiarum deuotorum nostrorum dilectorum per insinuationem querulosam suppliciter est deductum
A iij

¶ recitates quidam in potestatib⁹ et officijs publicis cō
stituti videlicet Duces Comites et Barones et alij domi
temporales necnon consules ciuitatū. opidoū villarū et
locorū rectores dictorū Magdeburgens⁹ Maguntinens⁹
et Coloniens⁹ p^{ri}ncipiarū dei nomine postposito statuta sin
gularia et iniquas ordinatōes moen⁹ p^{ri}o et defacto cō
tra personas ecclesiasticas. ecclesiarū libertates et p^{ri}uile
gia condiderūt. eisq³ publice et defacto insistere presum
pserūt contra legitimas. ciuiles et canonicas sanctiones
vt puta q³ nulla bona r^{ep}alia in potestatē ecclesiasticam
transferant. Neue clerici in sacris constituti ad agēduz
et testificandū in ciuilib⁹ et maxime i p^{ri}s causis aliqua
tenus admittant. Quoz excomunicati laici et publice de
nuntiati in ciuili foro nūme repellant. Item prefati do
mini tēporales. consules et rectores per secularē potestatē
res et bona clericorū occupant et arrestāt. oblatōes fideli
um diminūt. et restringunt. exactōes et tallias indebite
de bonis ecclesie et redditib⁹ erigūt et extorquent possesse
ones ecclesie et personarū earum deuastāt incendijs et ra
pinis. Contracti⁹ inter clericos et laycos factos legitimos
ad libros ciuitatū. villarū et locorū recusant inscribere et
sigillare. Donata et legata ad fabricas et ecclesias stru
cturas contra prelatoz voluntatē et aliorū quoz interest
presumūt vsurpare contra iustitiā. in fraudem et odiū cle
ricorum de rebus et bonis etiaz clericoz quas non causa
negotiatiōis sed pro vsibus p^{ri}is per terras ducunt seu
duci faciūt. thecoloniuz erigūt et recipere non verent. Et
confugientes ad ecc^lias et cimiteria inde extrahere cōtra
sanctiones imperiales presumūt. Queq³ omnia et quelibet
actiones expresse reprobata sunt et in fraudem ecclesiastice
libertatis de facto presumpta. de principum. Ducum Co
mitum. Baronum fideliumq³ nostrorū consilio ex certa
scientia auctoritate imp^{er}iali cassam⁹ irritam⁹ et annullā⁹

casta qz et irrita et nullius esse momenti penitus deduci =
mus et expresse pronuntiamus. Precipientes sub indigna =
tione imperialis banni Uniuersis et singulis dictorum Ma =
gdeburgens. Maguntinens. et Coloniens. pronuntiarum &
locorum vicinorum principibus et dominis temporalibus. con =
sulibus et potestatibus et in officiis publicis constitutis qua =
tenus mox visis et intellectis presentibus dicta ipsorum statu =
ta et ordinaciones sicut in preiudiciis ecclesiastice libertatis
edita sunt. oimino renocent et de luce tollant. Quisqz sibi ea no =
iudicent amplius nec sententias dicent aut eisdem in iudicio
aut extra iudicium quomodolibet pro se et contra ecclesiasticas
libertates potiant. Item pronuntiamus et declaramus impe =
riali auctoritate quod quicumqz laicus cuiuscumqz stat. vel co =
ditionis existat ausu sacrilego et proprie temeritatis au =
datia sacerdotem vel clericum secularem vel religiosum distre =
dauerit vel captauerit. proscripserit. spoliauerit. occiderit.
mutilauerit. aut in carcere detinuerit. aut huiusmodi maleficia
perpetrantes scienter receptauerit. vel fauore in his eis pre =
stituerit preter penas a sacris imperialibus et canonicis san =
ctionibus eis inflictas sint ipso facto infames et omni ho =
nore priuati. nec ad placita vel concilia nobilium admitten =
di quouis modo. Volumus etiam. hortamur et requirimus
ipsos prelatos ecclesiasticos ut hanc nostram legem et consue =
tutionem in synodis et ecclesiis publicari procurent. et requi =
siti executionem penarum et sententiarum denuntient. ne in pre =
missis excedentes. per simulatam ignorantiam suas malitias va =
leant excusare. Nulli ergo hominum oimino liceat hanc nre
castationis et immutationis seu pronuntiationis. denuntiationis
et declarationis paginam ausu temerario infringere aut quo =
modolibet ei contraire. sub pena quinquaginta marcarum
puri aurum. quas ab eo qui contra fecerit totiens quotiens
factum fuerit irremissibiliter erigi volumus. et eorum me =
ditatem nostri imperialis exarum. Residuam vero partem
iniuriam pastorum visibus decernimus applicari. Signum

*Quis a
a seculari*

serenissimi principis Caroli. iiii. Romanorum imperatoris
inuictissimi et gloriosissimi Bohemie regis &c. Testes h⁹
&c. Data Tangermunde Anno domini. j. 3. 77. Indi-
cacione quintadecima quinto kl. Julij Regnorum nostrorum
Anno tricesimo Imperij vero vicesimotertio &c. ¶ Sci-
as circa predicta qd sicut Carolus imperator bullam priui-
legiorum clericorum ad unam diocesim imperij. sic etiam ad
qualibet aliam eiusdem imperij destinavit. Ob id hec consti-
tutio non est localis sed potius vniuersalis ad multas dio-
ceces missa Eodem modo dicas de sigismundina infra.

✠ **I**ncipit Sigismundina.

Sigismundus diuina fauente clemētia Ro-
manorum imperator semp augustus Bohemie
Dalmacie Croacie Rex &c. Ad perpetuam rei
memoria &c. Sublimitatis impialis gloriam
inmerit superne maiestatis veritas nullos derelinquens
virtuosos suppedicatos et aduertenter exposcit vt Ro-
mani imperij gubernaculum tenēs. preter alia eximia vir-
tutum opera sua cunctos presertim seruitio dei mancipa-
tos ab vniuersis oppressionibus et offensis suis semp insi-
stat accurata diligentia clemēter subleuare Et ob id nos
qui ad romanum imperium sumus diuina dispositioe vo-
cati curis sollicitamur assiduis vt pre ceteris tuitioni no-
stre commissis personarum ecclesiasticarum status veneran-
dus in varietate virtutum clerus sublimatus in suis liber-
tatibus et immunitatibus conseruetur et tueatur et oppres-
sionibus et a temerariorum ausibus liberetur Tunc noua-
rum constitutionum editione. nunc antiquarum innoua-
tione et extensione cum augmento penarum ad gloriaz
et laudem dei soleter providere curemus. Sane clare me-
morie Fredericus. ij. olim Romanus imperator predeces-
sor noster ad sancte Romane ecclesie laudem et sacri im-

partij romani decorem cupiens vt expurgatis quorundā
erroribus et iniquis statutis penit^r destitutis decetero ec-
clesie et ecclesiastice persone plena vigerent quiete ⁊ secu-
ra libertate gauderent ac pie et iuste attendētes q̄ quorum
dam peruersorum iniquitas adeo habundauerat vt nō
dubitaret contra ecclesiasticā disciplinam ac sacros ca-
nones sua consingere statuta et aduersus ecclesiasticas
personas et ecclesiasticā libertatez edictali lege huiusmo-
di statuta iniqua irritauerat et preceperat irrita nuntiari
Et omnia statuta et consuetudines que ciuitates ⁊ loca
potestates vel consules aut quecumqz alie persone cōtra
libertatem ecclesie vel personas ecclesiasticas ac bona hu-
iusmodi edere aut seruare temptarent contra canonicas
et imperiales sanctiones de ipsorum capitularib⁹ infra
duos menses post ipsius legis publicationē penitus abo-
lere facerent Et si de cetero talia attemptaret illa ipso iure
decreuit esse nulla et eos sua iurisdictione esse priua-
tos Necnon locus vbi talia deinceps presumpsa fuissent
banno mille marcarū aurifisco imperiali preceperat sub-
iacere Potestates vero. Consules Statuarii et Scripto-
res statutorū predictorum Necnon consiliarij locorū ip-
sorum qui fm statuta et consuetudines memorata iuri-
carent. et tunc essent ipso iure infames quorum sentēcias
et actus legitimos statuerat aliquantulū non teneri Qd
qz si per annum prefatarum constitutionū inuenti fue-
rint contemptores bona eorum per totum imperium mā-
dauit impune ab omnib⁹ occupari. Saluis nihilomin⁹
alijs penis contra tales i sacris concilijs generaliter pro-
mulgatis Et insuper voluit idem tunc imperator q̄ nul-
la cōmunitas vel persona publica vel priuata collectas
seu exactiones angarias vel perangarias ecclesijs vel
alijs pijs locis aut ecclesiasticis personis huiusmodi im-
ponere seu inuadere ecclesiastica bona presumeret. quod

si secus faceret et requisit⁹ ab eccl^a v^l imperio huiusmodi
emendare contempneret tripliciter resunderet et nihilomi⁹
banno imperiali subiaceret. quod sine satisfactiōe debita
nullatenus remitteret. Statuit insuper q^d quecumq³ cōmuni-
tatis vel priuata persona per annū in excoicatiōe ppter
libertatē ecclesie violataz persisteret ipso iure sicut dicto
banno imperiali subiaceret a quo nullaten⁹ extraheretur
nisi prius ab ecclesia beneficiū absolutōis obtento Et in-
super ordinauerat vt nullus ecclesiasticā personā in cri-
minali questōe vel civili ad iudicem secularē trahere pre-
sumeret contra easdem canonicas sanctiōes. et impiales
pstitutiones Q^o si secus faceret actor a suo iure caderet.
iudicatum nō teneret. Et iudex foret extunc iudicādi po-
testate priuatus Q^o q³ iudices tēporales qui clericis et pso-
nis eccl^astificis iustitiā denegare presumerēt tertio requi-
siti suam iurisdictionē amittant Et deinde ad diuē mēo-
rie Karoli. iiii. etiam Romanorū imperatoris predecesso-
ris et genitoris nostri. audientia deducto q^d seculares qui
dam in potestatib⁹ et officijs publicis constituti. videlicet
duces. Barones et alij domini tēporales. necnon cōsules
ciuitatum. opidorum. villarum. et locorum rectores dei ti-
more postposito. statuta singularia et iniquas ordinatio-
nes motu proprio 7 de facto contra personas eccl^astificas
ecclesiarum et locorum religiosoz libertates 7 priuilegia
condiderant. eisdemq³ publice et de facto presumerēt insi-
stere contra legitimas. canonicas. et civiles sanctiōes ve-
puta q^d nulla bona temporalia in potestate ecclesiasticā
transferantur. Teue clerici in sacris constituti ad agēdū
testificandū in civilibus et maxime p⁹s causis aliquoties
admittantur. Et q^d excoimunicati laici et publice denunci-
ciati in civili foro minime repellātur. Preterea q^d dicti do-
mini temporales consules et rectores per secularem pote-
statem res et bona clericorum occupauerant. arrestaue-
rant. Oblationes fidelium diminuerant 7 restrinxerant

Exactiones et tallias indebitas de bonis et redditib⁹ ec-
clesiarū exigerant et extorserant Possessiones ecclesiarū
et personarū earundem deuastauerant incendijs et rapi-
nis Et contractus inter clericos et laycos factos legitimi-
me ad libros ciuitatū. villarū et locorū recusauerant in-
scribere atq; sigillare ac donata et legata ad fabricas et
ecclesiarū estructuras contra voluntates prelatorū ⁊ alio-
rum quorū intererat presumpserūt vsurpare contra iusti-
tiam in fraudem et odium clericorū Et de bonis et reb⁹
clericorū quos non causa negotiatiōis sed pro vsib⁹ pro-
prijs per terras ducebant seu duci faciebant theolonij
exigere et capere veriti non fuerunt Et confugientes ad
ecclesias et cimiteria inde extrahere contra sanctiōes im-
periales presumpserūt Idē genitor pdecessor noster hec
omnia et quecumq; exinde secuta cū per sacras ciuiles et
canonicas sanctiōes expresse reprobata essent et in frau-
dem ecclēsiastice libertatis de facto presumpta de Princi-
pum Ducum Baronū fidelūq; suorum consilio ex cer-
ta scientia ⁊ auctoritate imperiali cassauit: irritauit: anul-
lauit: cassaq; et irrita et nullius esse momēti pronuncia-
uit Precipiendo sub indignatiōe imperialis banni vniuer-
sis et singulis dominis temporalib⁹: consulib⁹: potesta-
tibus et in officijs publicis constitutis Quis mor visis ⁊
intellectis presentib⁹ cassatiōe: iritacione ⁊ annullatiōe
hūmōi dicta eorū statuta et ordinationes sicut in preiudi-
cium ecclēsiastice libertatis edita erant oīno reuocarent et
de luce tollerent Quq; sū ea non iudicarent ampli⁹ nec
sententias dictarent aut eisde; in iudicio aut extra iudici-
um quolibet pro se et contra ecclēsiastica libertatem poti-
tirētur Et insuper pronūtiāuit et declarauit auctoritate
predicta q; quicumq; laycus cuiuscumq; status vel con-
ditionis foret ausu sacrilego vel propria temeritatis au-
datia sacerdotem vel clericum secularem vel religiosum



diffidaret: prosciberet vel captiuaret vel spoliaret: occi-
deret vel mutilaret aut in carcere tctineret aut hmoi ma-
litiā perpetrantes scienter receptarent vel fauores i his
prestarent preter penas a sacris imperialib⁹ & canonicis
sanctionib⁹ eis inflictas forent ipso facto infames et om-
ni honore priuati Nec ad placita nobiliū aliquaten⁹ ad
mittendi Eloluerat etiā et hortabaf et requisauerat epi-
scopos et prelatos vt hanc suaz legem et constitutionē in
sinodis et ecclesijs publicare pcuarent Ne in premissis
excedentes per simulatā ignorantia suas valeant excu-
sare malitias Adstiens q nulli homini liceret hmoi sine
cassationis . iritationis : annullatiōis pronūtiationis &
declarationis paginaz quouis ausu temerario infringe-
re aut eis quōlibet contraire sub pena quināginta mar-
carū auri puri quas ab eo qui contra faceret toties quo-
tiens contra faceret irremissibiter erigi voluit pro medie-
tate sui imperialis erarij siue fisci Pro reliqua vero par-
te iniuriam passorū vsibus applicari prout in ipsi s prece-
cessoris et genitoris nostri desup confectis litteris ei⁹ Im-
periali signo et Bulla aurea Picereo sine maiestatis im-
pressis . signatis et munitis quas presentib⁹ hic habere
volum⁹ sufficienter pro expressis pleni⁹ continet Et quo-
niam per predicta ecclesiastice libertati nondū satis proui-
sum esse videt Et igitur per infrascripta sic vberius & la-
tius ipsi libertati promissuz et vt ecclesiastice persone plene
sua libertate gaudere et pia loca a noxijs pseruari & op-
tatis proficere valeant incrementis Nos Sigismundus
qui statū ecclesiasticū seruore fidei et clare deuotionis affe-
ctu veneramur libent⁹ vt tenemur hac edictali lege et im-
periali auctoritate Constitutiones siue leges antedictas
tanq̄ iustas : sanctas & legitimas tenore presentiu⁹ ap-
probamus pariter et innouamus Ipsasq; et infrascrī-
ptas nostras leges et prohibitionē et presentes litteras &

mandatum nostrum ad omnes et singulas ecclesias et
monasteria quecumq; cuiuscunq; nationis existat 7 ad
omnes et singulos Prelatos: clericos et presbiteros et ec-
clesiasticas personas pro maiori eorum tuitione et cautela
ad tollendum in his quorundam curiosorum ambiguitates
dubium de singularis munificentie dono ex certa nostra
scientia tenore presentium diximus extendendum ac exten-
dimus 7 precipimus vbiq; locorum sub banno 7 penis ante
7 infra scriptis a quolibet inuiolabiliter obseruari Deum
de statuimus hoc edicto in perpetuum valituro ut nullus
iudex secularis in ecclesiasticis causis presertim matrimo-
nij legitimacionis vsurarum testamentorum infra annum non
executorum et ad iudicium ecclesiasticum legitime deuolutorum
ac decimarum: prediorum ac fructuum: reddituum 7 prouen-
tuum ecclesiasticorum ac locationum et conductionum seu con-
ductorum eorundem possit seu valeat iudicare aut quo-
modolibet de huiusmodi causis aut eorum articulis cog-
noscere nisi quatenus ab ecclesiasticis iudicibus fuerit re-
quisitus Quod si contrarium fecerit iudicatum non teneat Et
iudex extunc iudicandi potestate sit priuatus 7 subiaceat
nihilominus penis infra scriptis Actorq; a suo iure cadat
ipso facto Insuper omnibus et singulis Principibus: Du-
cibus: Baronibus: Comitibus: Comitibus: Consu-
libus: Rectoribus ac in officijs temporalibus: dominis
et potestatibus constitutis sub indignatione imperialis
banni et quadraginta marcarum auri mulcta Ad cuius
solutionem et prestationem pro vna nostro siue imperia-
li erario aut fisco Et alia medietatibus personis iniuria
passis fatiendam Quemlibet huius nostre prohibicio-
nis transgressorem ipso facto teneri volumus Demum
presenti et irrenocabili Sanctimus: Declaramus: de-
seruimus et pronuntiamus edicto districtius prohibentes

De quibz ex eis prelatos : presbiteros : clericos et perso =
nas ecclesiasticas quomin⁹ vina : grana : res et bona de
suis redditib⁹ ecclesiasticis proueniētia libere et sine solu
tione theolonij seu gabelle vendere seu abduci facere pos
sint Et quominus res : bona vina : cereuisias : carnes
grana : panes et pānos et alia quecūqz eoz vsui et recre
ationi conueniētia siue intranee siue intranea seu extere vl
extera fuerint p eoz vsib⁹ seu recreatōe sibi et p queuis
loca : ciuitates : terras : castra et aquas vectigio vel na
uigio absqz quantis pro⁹ ibitōe libere et absqz solutione
cuiuscūqz theolonij datie vl gabelle adduci et portari fa
cere valeant Et etiā quomin⁹ res et bona mobilia et im
mobilia per prelatorū seu ecclesiasticarū personarū obit⁹
relicta ad manus illorū ad quos de iure spectant libere ⁊
sine quibuscūqz impedimētis : inuasionib⁹ : introuissi
onibus : exactionib⁹ et occupationib⁹ : presertim per lay
cos quantūcūqz attemptatis perueniāt siue valeāt pa
cifice peruenire Et quominus coloni et subditi ecclesia =
sticarū personarū sine violentis hospitalitatib⁹ etiā vena
tionū occasione ac vectigalib⁹ seruitijs et exactionibus
quas ipsi exactores petitiones vocāt Et a petitionib⁹ hu
iusmodi absqz damno libere et in pace dimittant Et eci
am quomin⁹ damna hospitalitātū ⁊ vectigaliū extor
torum : seruitiorū et exactionū et petitionū hmoi occasio
ne colonis et subditis ipsis illata plenarie resartiat Nec
non etiā quomin⁹ prelati seu iudices ecclesiastici eoz spiri
tualis iurisdictione subiectos pro suoz excessuuz demeritis
capi et incarcerari et captos duci : et p queuis loca et ci
uitates libere abduci : ⁊ alias debita correctōe puniri fa
cere valeāt quocūqz aut qualitercūqz publice aut ocul
te : directe vel indirecte : per se vel per alios impedire aut
facere impediri presumant vel permittāt Nec talia com
mittētes receptant aut eis in pmissis vl circa ea impēdāt

auxilium. consiliuz vel fauorem. Quinymmo magis vo-
lumus et mandamus sub banno et pena proxime supra
dicta. vt Principes. Duces. Comites. Barones. Comita-
tus. Consules. Rectores ac in officijs. dominijs. 7 potesta-
tibus predictis constituti. quicūqz ab impedimentis 7 vlti-
capionibus rerum et bonorū relictorum hmoi et a predi-
ctis violentis. hospitalitatib⁹. vectigalib⁹. seruitijs. exacti-
onibus. et petitionib⁹ huiusmodi colonorū et subditoruz
ecclesiasticarū personarū. et ab impedimentis 7 perturba-
tionibus ecclesiastice iurisdictionis omnino desistant. Nec
captos nec abductos rebelles repetere vl' repeti facere pre-
sumant. Nec non requisiti totis viribus personas eccl'a-
sticas in premissis ac iurisdictionez huiusmodi eccl'asticaz
exercentes adiurent. et diligenter sine omni dilatione ad-
hibeant et apponant auxilium brachij secularis. vt liber-
tas ecclesiastica manuteneat. Et vt subditi. rebelles. cri-
minosi. et delinquētes modis prefatis aut alias prout eis
diuini iurisdictionē ecclesiasticā exercentibus conuictim vl'
diuini expedire videbitur digna aniaduersione confli-
gantur. Ceterum vt didicim⁹ nonnulli peuersis eoz co-
natibus leges et constitutōes. antedictas. prelatos. presbi-
teros. clericos. 7 personas eccl'asticas diuersi sinujs af-
ficientes. pro eo qd tam per constitutiones et leges q̄ san-
ctiones huiusmodi inflictarum penarum executio absqz
aniaduersione negligitur. infringere non verent. ¶ Et
igitur tam genitoris q̄ Frederi secundi predecessorū no-
strorum prefatorū ac nostri. constitutōes 7 leges presenti-
bus litteris mandatū nostrum debite executionis fiende
suffragio sortiantur effectum. et insolentie compescantur
transgressorū. Omnes et singulos nostros 7 sacri Roma-
ni imperij Principes spūales et seculares. ac Comites. Ba-
rones. Milites. Militares. Precōsulesqz. et Consules. ac
Consulac⁹. potestates. Rectores ciuitatū. opidoz 7 locoz

quorumcumq; pro executione hmoi questionū et legū im-
perialiū et presentū nostrarum litterarū facienda. execu-
tores eorundem cōiunctim ⁊ diuisim tenore presentū de-
putamus. et nihilomin⁹ ipsi sub imperialis banni indi-
gnatione et sub antedicta quo ad illos qui feudū vʹ pri-
uilegia aliqua non habent Quo ad illos vero qui talia
habent sub perditōis suorum feudorum et priuilegiōrum
quorūcumq; pena quas eos si requisiti infra vni⁹ mensi-
spatium requisitiōnē hmoi immediate sequens. et ad in-
frascriptam executionē non pcesserint et non fecerint qđ
mandamus incurere volumus ipso facto districte preci-
piendo per hec imperialia scripta Mandātes quatenus
ipsi et eorum singuli quoscunq; et quēcumq; dum ⁊ quo-
tiens presentib⁹ executores ipsos requiri contingerit prela-
tis et presbiteris. clericis ⁊ personis eccl'asticis quibuscūq;
coniunctim et diuisim efficacis presidij auxilio assistentes
non permittant eisdem aut eorum alicui a quoq; cuius-
cumq; gradus. status vel conditōis fuerint. contra vʹ cir-
ca premissa omnia aut aliquod ipsorū quomolibet iniuri-
am irrogari. Sed magis iniuriantes hmoi nisi post re-
quisitionē executorū eorundem infra certū terminū per-
emptorie competentē eis p executores ipsos desuper prefi-
gendum contra premissa. cōmissa aut neglecta emendā-
do respiciunt. penas aūdictas prout quēlibet pro cōmis-
so aut neglecto cōtingit incidisse declarent sic per captōz
et detentionē psonalem. distractionē. inuasionē aut alie-
nationē rerū et bonorū suorū. mobiliū et immobiliū quo-
rumcūq; sine mora ad satisfactōz et obseruantia plena-
riam. premissarū omnium et singulorū executores ipsi. suo se-
culari brachio cogant ⁊ compellāt. faciant ac pecunias
occasione penarū prefatarū erario siue fisco imperiali des-
bitas et debēdas imperiali auctoritate emoneāt ⁊ partē
ipsoz ad fiscū impialem pūnentē. ad fiscū ipm fideliter

studeant destinare. A reliquâ vero partē earundē partib⁹
lessi realiter assignare procurēt. Super quib⁹ eisdem ere
cutoribus et eorū cuilibet insoliduz imperiali auctoritate
nostra predicta. plenā licentiā et potestātē liberā conce
dimus per pntes. Volentes ⁊ decernētes vt eisdē executo
ribus omnib⁹ et singulis presentib⁹ et futuris vigore pre
sentium quo ad premissa ppetua potestas et licentia re
maneant attributa. Constitutionib⁹ ⁊ legibus imperialis
bus ac priuilegijs et indultis quorūcumqz. et alijs in con
trarium forsā fatientib⁹. non obstantib⁹ quibuscumqz
Ne autē in premissis excedētes p simulatā ignorantia sū
as valeant excusare malitias. Notamur et requirimus
vniuersos et singulos Archiepiscopos. Episcopos. et pre
latos vt constitutiōes et leges impiales. antedictas et pre
sentes nostras litteras singulis annis in synodis ⁊ eccle
sijs suis publicare procurēt. si nostram indignationez ro
luerint euitare. Nulli ergo hominū liceat hanc legum et
constitutionū prefatarū. et presentium litterarū nostrarū
ac inhibitionū precepti et mādati nostrorū paginā quo
uis ausis contrario infringere. aut eis quomodolibet cō
traire. sub pena quadringenta marcarū auri puri. quas
ab eo qui contra fecerit. totiens quotiens contra factum
fuerit preter supradictas et alias penas a sacris canoni
bus et imperialibus sanctionib⁹ etiam eis inflictas irre
missibiliter volumus exigi vt prefertur. Necnon sub in
dignatōe dei oīpotētis ⁊ timore vltōis sue etne. Data 7c.

G Sinit Sigismundina constitutio confirmās
Priuilegia clericis et ecclesijs concessa a Frede
rico secundo. Et Karolo quarto imperatoribus.

G Executoriū bonifatij pape. Frederici im
peratoris. Karoline ⁊ sigismūdine pstitutiōm.

Onifatus Episcopus seruus seruuū dei ꝛc.
Venerabilibꝫ fratribus Winden. et Clerden.
episcopis. et dilecto filio Decano ecclesie Win-
den. ꝛc. Salutem et apostolicā benedictionez
iussis et honestis supplicū votis libenter annuimꝫ illaqꝫ
fauoribus prosequimur oportunis. Dudum siquidē felici
recordatōis Honorius papa. iij. p̄decessor noster atten-
te considerans. Quod clare memorie Fredericus. ij. impator
semper augustꝫ Ad laudem Romane ecclesie et sacri des-
cus imperij Cupiens vt expurgatis quorundā erroribus
et iniquis statutis penitꝫ desicuitis. de cetero ecclesia et eccle-
siastice persone plena vigerēt quiete et secura libertate
gauderent. pie ac iuste attendens. qꝫ quorundā perversoz
iniquitas adeo habūdauerat vt non dubitarent contra
ecclesiasticā disciplinā et sacros canones statuta consin-
gere. Necnon aduersus ecclesiasticas personas et ecclesi-
cam libertatē ꝛc. Et dictali lege hmoi statuta iniqua irru-
tauerat et preceperat irrita nuntiari. Et omnia statuta et
consuetudines que ciuitates et loca. potestates vel iudices
aut quecunqꝫ alie p̄sone contra libertatē ecclesiasticā vel
personas ecclesiasticas edere vel seruare tēptarent. cōtra ca-
nonicas ac imperiales sanctōes de ipsorum capitularibꝫ
infra duos menses post ipsius legis publicationē penitꝫ
aboleri facerent. Et si de cetero talia attēptarent ipso iure
decreuit esse nulla et eos sua iurisdictione priuatos. Nec
non locū vbi talia deinceps p̄sumpta fuissent banno mil-
le marcarū auri p̄ceperat subiacere. Potestates vero. cō-
sules. statuarij ꝫ scriptores statutorū predictorū. Necnon
consiliarij locorū ipsorum. qui p̄m statuta et consuetudines
memorata iudicaret. extunc essent ipso iure infames quo-
rum sentēcias ꝫ actus illegitimos statuerat aliquatenꝫ
non teneri. Quodqꝫ si per annū prefate consitutōis fu-
issent inuenti contēptores. bona eoz ꝫ per totū suū imperiū

mandauit impune ab omnib⁹ occupari. saluis nihilomi-
nus alijs penis contra tales in generali concilio pmul-
gatis. Et insuper voluerat idē imperator q^d nulla cōmu-
nitas vel persona publica vel priuata. collectas seu ex-
actiones. angarias vel perangarias ecclesijs vel alijs p^{ri}s
locis aut ecclesiasticis personis imponeret. aut inuadere bo-
na ecclesiastica presumeret. Et si secus faceret et requisitus
ab ecclesia vel imperio emē dare cont^{ra} pneret triplū refun-
det. et nihilomin⁹ banno imperiali subiaceret a quo sine
satisfactōe debita nullaten⁹ remitteret. Statuerat insup
q^d quecumq³ cōmunitas v^l persona in ex cōmunicatione
propter libertatē ecclesie violatam persisteret ipso iure bā-
no imperiali subiaceret. ex quo nullaten⁹ extraheret nisi
prius ab ecclesia beneficio absolutōis obtento. Et insuper
ordinauerat q^d nullus ecclesiasticā personaz in criminali
questione vel civili ad iudiciū seculare trahere p^{re}sumeret.
contra easdem canonicas sanctōes et constitutōes impe-
riales. Et si secus faceret actor a iure suo caderet et iudī-
catum non teneret. Et iudex foret extunc iudiciādi aucto-
ritate priuatus. Idēq³ iudices tēporales qui clericis v^l per-
sonis ecclesiasticis iustitiā denegare presumeret. tertio requi-
siti suam iurisdictionē amitteret prout in dicta imperiali
constitutōe plenius continet. Diciturq³ predecessor noster
constitutionē ipam de consilio etiā fratru suorum sancte
Romane ecclesie Cardinaliuz qui tunc erant. apostolica
auctoritate approbādo confirmauit et ipam mandauit
inviolabiliter obseruari. Necnon statuarios et scriptores
ac violatores predictos ex cōicatos auctoritate apostolica
predicta publice nuntiari. Et deinde ad audientiaz diue-
memorie Karoli. iij. etiā Romani imperatoris semp^{er} augu-
sti deducto q^d nonnulli seculares in potestatib⁹ et officijs
publicis p^{re}suturi videlicet Duces. Comites. Baroni et alij
domini t^{er}rales necnō conules ciuitatū. opidorū. villarūz

et locorū rectores. in nōnullis prouintiis constituti dei tē-
more postposito. statuta secularia et iniquas ordinatōes
motu proprio ⁊ de facto contra personas eccl'asticas. ce-
clesiarū libertates et earūz priuilegia condiderāt. eisq; de
facto et publice resistere presumerēt. cōtra legitimas san-
ctiones vt puta q; nulla bona t'palia in potestates eccl'esi-
asticam transferent. Et ne clerici ī sacris p'stituti ad agē-
dum et testificandū in ciuilib' et maxie in p'ns causis ali-
quatenus admitterent. Quq; ex cōmunicati laici ⁊ publi-
ce denunciati in ciuili foro nime repellerent. Et insup cū
predicti domini t'pales cōsules et rectores per secularē po-
testatē res et bona clericorū occuparent et arreserent. et
oblaciones cristifidelium diminuerēt atq; restringerēt. exa-
ctiones et tallias indebitas de bonis et redditib' eccl'arū
exigerent et extorquerēt. Possessiones eccl'arum ⁊ perso-
narū earūde deuastaret incendijs et rapinis. Cōtrac-
tū inter clericos et laicos factos legitimos ad libros ciuitatū
opidorū. villarū. et locorū predictorū inscribere et sigilla-
re recusarent. Donataq; et legata ad fabricas et eccl'arū
structuras contra prelatorū voluntatē et aliorū quorū
intererat contra iustitiā sibi vsurpare presumerēt. Et in-
fraudem et odiū clericorū de bonis etiam et rebus clerico-
rum que non causa negotiatōis sed pro eorū proprijs vñ
bus per eorūz terras duc. bāt seu duci fatiebāt. theolonia
erigere et recipere non verebant. Et confugiētes ad ec-
clesiam et cimiteria earū inde extrahere contra canōicas
et imperiales sanctōes presumerent. Idem farolus impe-
rator tanq; cristianissim' princeps volens ī premisis pro-
uidere de remedio salutari. etiam de principū. ducū. comi-
tum. baronum. fideliumq; aliorum sacri imperij consilio ⁊
auctoritate imperiali. quecūq; statuta et consuetudines
omnia predicta tanq; per canonicas. ciuiles sanctōes ex-
presse reprobara cassauit. irritauit et auhilauit. ac cassa ⁊

irrita nulliusq; roboris esse voluit penitus et momentē. pre
cipiens sub imperialis banni pena. vniuersis et singulis
principib⁹ et dominis tēporalib⁹. consilib⁹. potestatibus
et alijs in officijs publicis in eodē imperio cōstitutis. qua
tenus extunc ipsorū statuta et ordinatōes sicut in preiudi
cium eccl^{ie} astice libertatis edita fuerant oīno reuocarent.
et de luce tollerent. Quāq; s^um ea non iudicaret amplius.
nec sententias diceret. Nec eisdē in iudicio aut extra iu
ditium quomōlibet pro se et contra eccl^{ie} asticā libertatē
potirentur. Pronūtiavit insuper et eadem imperiali de
creuit auctoritate. q^{uod} quicumq; laicus cuiuscūq; stat⁹ aut
p^{ro}ditōis existeret. ausu sacrilego ⁊ p^{ro}prie temeritatis auda
tia. sacerdotem vel clericum secularē aut religiosum disti
daret. proscriberet. captiuaret. spoliaret. occideret. mutila
ret. aut in carcere teneret. ac hmōi malestitia perpetrātes
scienter receperet. vel fauorē eis prestaret preter penas a
sacris canonib⁹ et legalibus sanctionib⁹ in tales inflig
tas eo ipso redderet infamis ⁊ omni honore priuat⁹. nec
ad placita vel consilia nobiliū admitteret quouis modo
Nortans in domino insuper et requirēs prelatos in illis
partibus constitutos. vt legem imperiale hmōi per carū
ecclesias ⁊ sinodos publicarent. Ne transgressores hmōi
per simulatā ignorantia suas valerent malitias in hac
parte excusare. prout edictali lege predicta imperiali ple
nitus continet. Cum autē sicut exhibita nobis nuper pro
parte dilectorū filiorum sanctorū Blasij intra et Ciriaci
extra muros ecclesiarū decanorum et canonicorū et pso
narum. ac toti⁹ cleri Brunswicens^{is}. Hildensem^{is}. Hal
uerstatens^{is} diocesiū petitio continebat. q^{uod} ad eo quorundā
laicorum et dominorū temporalium hmōi ciuitatum et dio
cesium predictarū. et in locis circumuicinis malitia mole
uit. q^{uod} hmōi imperiales constitutōes et sanctōes transgre
di non verentur. et eccl^{ie} asticas libertates violare p^{ro}sumūt

pro parte eorundem dominorū decanorū. canonicorū et
personarū predictarū fuit nobis supplicatū. vt eos super
premissis de oportuno remedio providere de benignitate
ap'lica dignaremur. ¶ Nos igit' vestigijs prefati Do-
norum pape predecessoris nostri inherētes. hmoi supplicati
onib' inclinati discretioni vestre per ap'lica scripta mā-
damus quaten' vos vel duo aut vnus vestruz. per vos
aliū vel alios constitutōes predictas in prefatis ciuitati-
bus et diocesib' et in alijs locis circūvicinis vbi ⁊ quādo
expedierit auctoritate nostra fatiatis inuiolabiliter obser-
uari. transgressores seu violatores et contēptores ac sacri
legos predictos. necnon cōtradictores quoslibet et rebel-
los per censurā ecclesiasticā appellatōe postposita com-
pescendo. Inuocato ad hec si opus fuerit auxilio brachij
secularis. Non obstante constitutōe q' interdicti. suspēdi
vel ex cōmunicari non possint per litteras ap'licas. Non
fatiētes plenā et expressam ac de verbo ad verbū. de in-
dulto hmoi mentionē. Nulli ergo oīno hominū ⁊c. Da-
ta Rome. vi. kl. Junij. Pontificatus nostri anno sc'do.
¶ Johannes papa. xiiij. mandat siliter teneri leges dñi
Frederici. ij. et Karoli. iij. imperatorū. Et est idem tenor si-
cut habetur in constitutōe Bonifatij hic impressa Et est
cōstitutio dicti pape Johānis. data Rome apud sanctū
petrum. viij. kl. Februarij. Pontificatus sui anno secūdo
vt patet in dicta constitutōe. ¶ Item in concilio latranē
si ecclesie immunitati et ecclesiasticis personis prouisum
exitit. et sub anathematis districtiōe prohibitū. ne recto-
res. consules et similes ecclesias et viros ecclesiasticos tal-
līs seu collectis vel exactōib' et alijs his similib' graua-
re presumerēt. Transgressores et fautores hor' diueniētiuz
precepit anathēatis snie subiaccere. donec satisfactōz impē-
derent cōpetentē. Siliter in generali Concilio editū fuerit q'

Episcopi simul cū clero etiam si magnā necessitatem vī
utilitate inspicerent in releuanda cōmuni utilitate vī ne-
cessitate laicorū quando non suppetere eorundē facul-
tates. si subsidia p̄ ecclesiās laicis ducerent Decedenda. mī-
nime super hoc consulto Romano pontifice r̄c. Concessi-
ones tales que sic forent pmulgate essent irrite et inanes
nullo vnq̄ tempore valiture r̄c. ¶ Item sacrosancta ge-
neralis synodus Basiliens̄ idem approbavit Sīter con-
stitutiōez domini Frederici. ij. Et Karoli. iij. Et Sigismū-
di imperatorū confirmauit eo modo quo habet in con-
firmatōe Bonifatij pape supra posita. que constitutio ob
id hic dimittit̄ propter prolixitatē eiusdē. ne vnus et idem
sermo sepe numero repetat̄. quod nauseam generat Cuz
satis ponatur effect⁹ eius in sigismundina. et in constituti-
one bonifatij supra posita.

¶ Post omnia hmōi p̄uilegia p̄sonis eccl̄asticis a sum-
mis pontificib⁹ et imperatorib⁹ concessa. est dubium Ad
que tñ onera clerici teneant̄. Et an de agris suis. domi-
bus. vineis et pratis debeant tributū et exactōs dare. Et
respondendū est breuiter s̄m dispositionez iuris. q̄ clerici
tantū tenentur ad onera imposita rebus. agris. vineis. do-
mibus et hmōi anteq̄ ad eos peruenerūt. quia res trāsit
cum onere suo. et sic non differt an res sit apud laicuz vel
clericum. c. Ex litteris de pigno. et ibi glo. ad hoc alle. mul-
ta iura. Unde si annu⁹ census vel annua pecunia p̄ vti-
litate ciuitatis esset posita super domū. agrum aut vine-
am alicui⁹. et postea clericus vel ecclesia talem rem emit
transit dominū rei in ecclesiam vī clericū cum suo onere
dic. c. Ex litteris all. Ad alia aut̄ onera propter occurren-
tem necessitatē quantūcunq̄ euidentē et necessariā non
tenentur. sicut ad exactōes. vigilias ciuitatis. et ad consi-
milia onera nō tenent̄. fa. op. tex. in. c. Non min⁹. in prin.
de immuni. eccl̄. ibi Ille scilicet pharaon omnibus alijs

seruitutibus subactis sacerdotes et possessiones eorum in
pistina libertate dimisit. Et eis alimoniam de publico mi-
nistravit. Et ibi bo. glo. i verbo Sub tributo. Melior tex.
est in. c. Quamquam. cum sua glo. de censu. li. vi. ubi tex. dicit. Ec-
clesie ecclesiasticæque persone ac res ipsarum non solum iure
humano. quin immo diuino a secularium personarum exac-
tione sunt immunes. Et infra. Et glo. ibi super verbo di-
uino dicit Legit genesis. xlviij. ultra medium Subiecit io-
seph omnem terram egypti pharaoni. et cunctos populos eius
a nouissimis terminis egypti usque ad fines eius. preter ter-
ram sacerdotum. Et sequitur. Sic ex eo tempore usque in pre-
sentem diem in uniuersa terra egypti quinta pars regibus
soluitur. Et factum est quasi in legem preter terram sacer-
dotalem que libera ab hac conditione fuit. Item. j. Et dicit
vii. c. ultra medium ubi dixit rex Artaxerxes suis ministris
Vobis quoque notum facimus de uniuersis sacerdotibus et
leuitis. cantoribus et ianitoribus et ministris domus dei. ut
vectigal et tributum et annonas non habeatis imponendi
super eos etc. Et quibus satis colligitur. quod omnes persone
ecclesiasticæ sunt ab ipsis exactionibus de iure libere. Nec con-
sules laici. neque tota ciuitas potest eis imponere huiusmodi ex-
actiones. quia tam iure diuino quam humano hoc reperitur
prohibitum dic. c. Quamquam. li. vi. Sic res clericorum regulariter
gaudent libertate earum quemadmodum res ecclesiarum
xvi. q. j. c. Similiter Unde sicut ille qui efficit clericum trans-
fertur a potestate iudicium laicorum. sic quod laici amplius in eum
etiam si clericus vellet non habet aliquam iurisdictionem
c. Si diligenti. et ibi plenissime per ab. de foro. competet. Sic
etiam res aliquantulum quando emittitur per clericum ab aliquo
laico tunc a laicorum iurisdictione. exactionibus. vigilijs et ce-
teris similibus absoluitur et eximitur. interim quod manet in
possessione clerici ut de ea non teneat laicis dare exactionem.
angarias. perangarias vel collectas et consilia que


ponuntur ex necessitate aut quacūq; utilitate occurrente
Nec etiam vigilare inde tenetur. Neq; circuire quē ad s
modum laici certis noctibus obligant. Neq; in fossatis
laborare. Nec valuas custodire ciuitatis est astrict⁹. Se
cus de his oneribus rebus ipsis impositis nō psonis ibi
clericus ratiōe rei que transit cū onere obligat dic. c. Et
litteris. Coloni tamen ecclesiarū a prefatis hmōi onerib⁹
nō sunt penitus liberi fa. c. Peruenit. de immunita. eccle.
vbi oīno vide per abb. qui late loquit de hac materia Et
latius in dic. c. Non minus eo. ti. Predicta tamen in quib⁹
busdam locis vbi tyrannelli regūt male obseruant a lai
cis qui sepius nedū clericos verum etiā religiosos cōpel
lunt ad exactiones. ⁊ forte etiā vigilandū super muros ci
uitatū. et ad laborandū in fossatis quod est cōtra diuias
et humanas sanctōs vt patuit. Qualiter aut statuta lai
corum non ligant clericos. pro hoc est bo. ter. et doct. in. c.
Ecclesia sancte marie de constitū. Et latissime vide abb.
in repetitōe eiusdē all. c. vbi de hac materia posuit. xx. cō
clusiones. et eam ad saturitatē examinauit. Cuz his sic
finis clericorū ⁊ pūilegij impositus. Deo laus eiusq; ma
tri Marie in secula seculorū Amen.


Impressa sunt hec Pūilegia clericorum
Lypzick per Gregorium Bötticher. Anno
15. j. 4. 9. 4. in vacantijs.

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.



Faint, illegible text at the bottom of the page, possibly bleed-through or a separate line of text.





Doublets

BIBLIOTEKA UNIW. W POZNANIU



Inc. 47. *ly*

INKUNABULY